

De rationibus et causis, quae Slavis Meridionalibus saeculo septimo decimo et decimo octavo cum Sancta Romana Sede Apostolica erant.

(Secundum selecta documenta nondum edita ex tabulariis Romanis: Vaticanis et Sacrae Congregationis De Propaganda Fide eruta).

Dr. Ioannes Šimrak.

III.

De Maximo Predojević, episcopo Vrataniensi (1630—1642) et de ratione, quam cum patriarcha Peć-ensi habebat. — De Raphaelē Levaković, »Croata«, qui munus suffraganei episcopi Zagrabiensis Benedicti Vinković (1637—1642) et officium coadiutoris Maximi Predojević appetebat.

Ferdinandus II. in civitate Posoniensi die 8. mensis Maii 1630. »ad nonnullorum fidelium nostrorum humillimam supplicationem et diligentem commendationem« Maximum Predojević, monachum Ordinis Sancti Basilii, »conuentus Sancti Michaelis Archangeli in Marchenicza¹ guardini«, episcopum nominavit, »episcopatum Vretaniensem in regno nostro Sclauoniae inter nationem Valachicam fundatum per spontaneam et

¹ Marča (Marcha), monasterium Marčense Basilianum in monte Marča in Croatia, in comitatu Crisiensi situm erat. Monasterium pontificia auctoritate erectum commendatum est episcopo Simeoni Vratanja per constitutionem Pauli V. editam die 21. Novembris anno 1611 (Nilles: Symbolae II. pag. 1058.1059).

beneuolam cessionem² fidelis nostri Rev. Simeonis (Vratanja), eiusdem episcopatus Vretaniensis prioris scilicet et immediati possessoris, de iure et de facto uacantem« contulit et »Sanctissimo Domino Nostro Urbano Papae VIII. pro confirmatione impetranda« praesentauit.³

Post hanc nominationem Maximus Predojević religionem catholicam coram cardinale Ioanne Baptista Pallotto, archiepiscopo Thessalonicensi, nuntio apostolico Viennae, professus est atque se cum sancta Romana ecclesia in communione ideoque catholicum esse declaravit seque clerum ac populum suum ad religionem catholicam et unitatem perducturum promisit.⁴

Ex quibus sequitur Maximum Predojević tempore suae nominationis in episcopum Vretaniensem ea omnia praestitisse, quae necessaria ad communionem cum Romana Sede confi-

² In manuscripto: »Acta capituli antiqua. Fasciculum 95. num. 68. Vallachicae gentis in regno Croatiae illocatae excessuum ac episcoporum ritus graeci eidem praefectorum notitia historica descripta ex manuscripto Patrum Societatis Iesu ab anno 1666—1670« de cessione Simeonis Vratanja affirmatur: »Manet (Simeon) usque ad mortem suam anno circiter 1630. obitam unitus ecclesiae, sed duobus ferme ante mortem annis propter illam ipsam probabiliter unionem a patriarcha deponitur . . .«

³ Ex tabulariis S. C. De Prop. Fide: Lettere antiche vol. 76. fol. 5.; cfr.: Transumptum collationum regiarum T. I. p. 123—25, (Tabularia regni Croatiae Zagrabiae). — Titulus »Vretaniensis« originem a cognomine primi episcopi uniti Simeonis Vratanja ducit. — »Balthasaris Adami Kerselich de Corbavia: De regnis Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae notitiae praeliminares« (Zagrabiae typis Antonij Jandera) testificantur: »Mortuo Simeone successor eius relicta cancelaria aulica Hungarica militarium opera per dicasterium aliud episcopatum est consecutus sub titulo ex antecessoris cognomine formato »In Confiniis«. Ex Vrattania enim format: »V kraine« hoc est »in confiniis« (pag. 431).

⁴ »Relatio Benedicti Vinkovich, episcopi Zagrabiensis, de Valachis et episcopatu Valachorum legato apostolico ad aulam Viennensem an. 1640. data« (Arch. eccl. Zagrab. Ecclesiastica XI. A. vel. II. n. 8. 70.). — »Informatio Petri Petretich, episcopi Zagrab. de Valachorum in confiniis regni Slavoniae degentium episcopatus origine, progressu et effectibus« ad imperatorem Leopoldum I. an. 1662 data (Arch. eccl. Zagrab.) — Manuscriptum Patrum Societatis Iesu ab anno 1666—1670 (op. c.)

»Relatio Josephi Herberstein, vicegeneralis, de ecclesia orientali et dioecesi Svidnicensi ex anno 1666. Octobris 20.« (Arch. Academiae Slavorum Meridionalium Zagrabiae).

tendam et tenendam putabantur. De iis, quae post nominationem evenerunt, Benedictus Vinković narrat: »Accepta tali ad episcopatum Vretaniensem donatione a praenominato imperatore et rege Ferdinando II. praedictus Maximus Pietrouich, monachus Basilianus, Vienna in Sclauoniam et monasterium supranominatum rediens non iuit Romam ad Pontificem, nec aliquem nuntium loco sui pro praesentatione facienda, pro confirmatione et consecratione obtinenda misit, quin potius accepta a Vallachis schismaticis pecunia peruenit in Turciam ad quemdam Bulgariae archiepiscopum in Piech (ut ipsemet retulit) residentem et ab eodem confirmationem et consecrationem accepit. Cui etiam fidelitatem iuravit et per consequens, quod ipsemet in schismate permanebit, clerum et populum suum in eo pro posse conseruare studebit. Cui etiam idem archiepiscopus dedit potestatem super Vallachos siue Raschianos non solum in regno Sclauoniae et Croatiae, sed etiam in Styria et Hungaria residentes. Haec ex litteris a praefecto archiepiscopo per eundem Maximum super confirmatione et consecratione acceptis patet.«⁵

⁵ Relatio Benericti Vinković (manuscriptum cit.). — Petrus Petretić de Maximo in »Informatione« asserit: »Caeterum fictus ille et apparenter duntarat unius et catholicus, cum reuera schismaticus immo et haereticus, ut ex sequentibus apparebit, fuisset, obtenta sub tali titulo ficto donatione et nominatione ad episcopatum praedictum Valachicum non, ut promiserat, Roman pro confirmatione et consecratione iuit, sed in Turciam ad quemdam Seruiae metropolitam, quem vulgo abusiue patriarcham uocat, in loco vulgari illa lingua Pechi uocato inque finibus Macedoniae et Seruiae constituto residentem schismaticum erroresque ac haeresim Graecorum fouentem, transiuit et ab eodem donationem ad istum fictum titulum, confirmationem et consecrationem accepit, indeque rediens non fidem catholicam et sanctam cum ecclesia Romana unionem, sed schisma promouit Graecorumque errores et haeresim fouit bigamiam et repudia admittendo ac docendo, Valachos ad catholicismum conuersos anathemizande, ecclesias et contiones catholicorum eis prohibendo et inter alia plura enormia fidem catholicam blasphemando homines catholicos kermzke uere, haec est porcinae fidei appellando«.

In Manuscripto Patrum Societatis Iesu ab anno 1666—1670 de Maximo Praedojević narratur: » . . . in eius (Simeonis Vratanja) autem locum supplantatur ipsius ex monasterio nequissimus caluger Maximus Predojevich, sub priori ficto Vratanjensis episcopi titulo consecratur et

Ex hoc aliisque documentis Maximum Predojević, nominatum episcopum unitum Vrataniensem, in Peć ad patriarcham Serbicum orthodoxum iter fecisse patet, a quo consecratus et confirmatus esset. Attamen ex hac pofectione concludere non licet eum communionem cum Sancta Sede Romana abdicasse, et quidem sequentibus ex rationibus:

1. Fine saeculi decimi sexti et saeculo decimo septimo eccleastici antistites Slavorum. Meridionalium orthodoxam fidem profitentium communionem cum Sede Romana habere desiderabant. In eum finem Romam non solum litteras et legatos mittebant, sed etiam sollemniter fidem catholicam profitebantur. Ex multis documentis tantum aliqua et praesertim illa inedita ex tabulariis Vaticanis et S. C. De Propaganda Fide afferamus. Quae ante oculos ponenda sunt, quando consecratio Maximi in Peć peracta consideratur.

Clemens VIII. in litteris scriptis Romae 10. Aprilis 1598. patriarcham Peć-ensem Ioannem, qui duos monachos Romam miserat, his verbis hortatur: »Iucundum nobis fuit agnoscere pietatem tuam et devotionem, quam geris erga hanc sanctam Romanam ecclesiam, omnium ecclesiarum caput, matrem et

episcopale officium administrat Simeone adhuc uiuente. Quo demum uita functo currit ad Ferdinandum II. imperatorem, titulum suffraganei callide subicit, dolose impetrat donationales pro uladicatu sub ficta denominatione episcopi Vrataniensis, per quem aiebat intelligi antistitem confiniarum, emittit professionem fidei in manibus nuntii apostolici Pallottae, promittit iter Romanum, obedientiam pontifici, totius sui populi reductionem ad fidem, sed fallit in omnibus. Pro Roma intrat Turciam, confirmationem accipit a pseudopatriarcha, redux fouet schisma . . .«

Balthasar Ad. Kerceselich refert: »Mortuo Simeone successor eius sese militari generalatus Varasiniensis subiecit iurisdictioni titulumque episcopi in confiniis uulgo Crainensis ex dicasterio aulac-bellico obtinuit et a Sophiensi schismatico archiepiscopo institui et confirmari uoluit omnemque respectum et subordinationem ab episcopo Zagrabiensi et regnicolari iurisdictione recusauit una cum populo Rasciano« (Bibliotheca Gaii in Bibliotheca Uniuersitatis Zagrab.: S. M. 10. B. 29. Opuscula varia« sub titulo: »De episcopatu Suidnicensi. Responsi conceptus ad intimatum cancellariae Hung.« num. 5181 autogr.) Quod memoriale tempore Zagrabiensis episcopi Klobušicki anno 1775. Krčelić scripsit (Tadija Smičklas: Monumenta spectantia historiam Slavorum Meridionalium vol. XXX. pag. LV). Cir.: Arch. Academiae Slav. Merid. II. b. 149 »Miscellanea historica«.

magistram, cui, ut scribis, etiam praedecessores tui omnem oboedientiam et venerationem adhibuerunt, et eos vicissim summi romani pontifices, praedecessores nostri, paterna caritate amplexi sunt. Una est enim ecclesia catholica et apostolica supra beatissimum Petrum, apostolorum principem, fundata, cuius nos locum, meritis licet impares, tenemus; et in eius sede, quamvis humiles et indigni, Deo tamen auctore universali ecclesiae praesidemus« (Aug. Theiner: *Vetera monumenta Slavorum Meridionalium historiam illustrantia*. T. II. p. 90. 91).

Idem Pontifex in litteris Romae 24. Aprilis 1599. datis ad se venisse Damianum, monachum et presbyterum, nuntium patriarchae Peć-ensis et Bessarionis metropolitae provinciae Serbiae refert. In litteris haec inculcantur: »Nos autem hunc ipsum Damianum benigne, ut solemus, audivimus vestrasque litteras legimus et nunc non sine humanitatis nostrae significatione illum ad vos remittimus. Quod si vos animarum vestrarum salutem vere desideratis coram eo, qui scrutator est cordium; si ecclesiam Romanam omnium ecclesiarum caput, matrem et magistram agnoscitis et eam catholicam fidem, quam eadem ecclesia ab initio nascentis ecclesiae semper docuit, omni ex parte recipitis et denique summum Romanum pontificem beatissimi Petri, apostolorum principis, successorem, cuius nos locum et auctoritatem, meritis licet imparibus, tenemus, et Christi Domini in terris vicarium et eiusdem universalis ecclesiae visibile caput confitemini eique omnem oboedientiam adhibere ac reddere parati estis, profecto vos ut fratres nostros et membra nostra in Christo libenter complectimur« (Theiner op. c. p. 92. 93).

Sacra Congreg. de Prop. Fide in congregatione 265. die 2. Aprilis 1640. missionem P. Francisci de Leonardis⁶ ad to-

⁶ Franciscus de Leonardis Tragurii in Dalmatia oriundus celebris unionis cum Sancta Sede propagator erat.

tam Seruiam extendit: »Referente Emminentissimo Dno Card. Spada instantias P. Francisci de Leonardis S. Cong. primo missionem oratoris in Pastrouich extendit ad totum regnum Seruiae eique iussit, ut patriarcham Pech conueniat eumque ad unionem cum S. Sede Apostolica, si fieri poterit, perducat«. ⁷

In congregatione in Collegio De Propaganda Fide die 23. Aprilis 1640. de »P. Bessarione, calugero graeco linguae illyricae, socio P. Francisci de Leonardis in Seruia« actum est: »Referente Emmo Dno Cardinali Spada Sac. Congreg. Patri Francisco de Leonardis ad Patriarcham de Pech destinatum socium adiunxit Bessarionem, caloierum de Cetigne ordinis Sancti Basilii graecum catholicum, cum prouisione scutorum viginti annuorum ad triennium«. ⁸

In congregatione 267. die 25. Junii 1640. de Corpore »conciliorum generalium deornatorum pro Francisco de Leonardis, missionario in Seruia« disputatum est: »Referente Emmo Dno Cardinali Spada Sac. Congreg. corpus conciliorum generalium in Vaticana tipographia tempore felicissimae recordationis Pauli V. impressorum Dno Francisco de Leonardis, missionario, decreuit, ut concilia praefata conferre possit cum eisdem conciliis, quae habent Graeci regni Seruiae, in linguam illiricam translata et notare differentias et errores, quos inuenit et antequam corrupta seu errata loca dictorum conciliorum in lingua illirica translatorum corrigat, ad Urbem transmittere, ut prius hic examinentur.« ⁹

⁷ Acta S. Congregationis de Prop. Fide anno 1640. e 1641. t. 14. fol. 61. n. 16.

⁸ Acta 1640 e 1641. t. 14. fol. 75. n. 10.

⁹ Ibid. fol. 171. n. 28 i »Lettere volgari« vol. 20. fol. 59. »Essendosi decretato a Vostra Signoria un corpo di concilii generali stampati al tempo della felice memoria de Papa Paulo V., acciò le possa confrontar con quelli, che hanno i Greci de Regno di Seruia traslati in lingua Illirica, e notar le differenze et errori, che trouerà per trasmetterli poi qua, acciò siano esaminati, prima che si corregino, si mandarono per ciò a V. S. con la prima buona occasione, che si rappresenterà«.

In congregatione die 19. Junii 1645. »referente eodem Emmo D. Card. Brancatio litteras R. P. D. Paexias, archiepiscopi Pechienseis seu, ut vulgo dicitur, Patriarchae de Pech, et simul statum patriarchatus Pechienseis in regno Seruiae cum 33 episcopis ex relatione R. P. D. Francisci de Leonardis, archiepiscopi Antibarensis, Sacra Congregatio decreuit, ut infra:

1. Censuit nomine Sanctissimi et Sacrae Congregationis praedictum patriarcham hortandum esse ad unionem. 2. Quoad duos articulos de azimo et processione Spiritus Sancti, in quibus dicitur esse ambiguum, censuit eidem patriarchae scribendum esse, quod archiepiscopus Antibarensis illum ac eius monachos instruere poterit, maxime cum secum deferat acta sacri oecumenici Concilii Florentini, in quo praefati articuli et praesertim ille de processione Spiritus Sancti fuerunt diligenter examinati, et tandem explicatis locis Scripturae Sacrae ab ipso patriarcha in suis litteris adductis ac aliis pluribus, fuit facta illa celebris unio orientalis ecclesiae cum occidentali, licet postea opera Marci, archiepiscopi Ephesini rursus dicta ecclesia orientalis ab occidentali malo suo recesserit et post duos annos in seruitutem Muhametanorum inciderit, prout prophetiae spiritu Nicoalus V. papa in sua epistola, quam dictus Antibarensis ostendere poterit graecae ecclesiae praedixit.

3. Quod attinet ad praedicti patriarchae necessitates, Sacra Congregatio dixit suo tempore de ipsis rationem esse habendam.¹⁰

S. Congregatio de Propaganda Fide in congregatione 83. die 9. Maii 1648. »de unione patriarchatus de Pech cum sancta Romana ecclesia in Seruia« decrevit: »Referente Emo Dno cardinali Barberini (Antonio Barberini, praefecto Congreg.) litteras synodicas episcoporum sub Patriarcha de Pech nuncupato ritus graeci in Seruiae regno, in quibus pete-

¹⁰ Ibid. Acta de anno 1645. Fol. 331—332. n. 24.

bat synodus licentiam mittendi oratorem ad Sedem Apostolicam pro unione dicti Patriarchatus cum eadem Sancta Sede iis modis ac eisdem conditionibus, cum quibus Rutheni Russiae Albae uniti sunt cum S. Ecclesia. Sanctus Dominus Noster (Pontifex Innocentius X.) iussit hoc negotium examinari in congregatione DD Cardinalium.¹¹

In congregatione 85. die 25. Maii 1648. »de unione episcoporum patriarchae de Pech Seruia et de illuc mittendo Patre Paulino Rutheno Demskio cum PP. Theodosio et Absalone« actum est: »Principaliter iterum relatis synodalibus episcoporum sub Patriarcha de Pech Sacra Congregatio decreuit, ut infra; Primo iussit praetactas litteras refferri in Congregatione Sacri Officii (quod se facturum Emminentissimus D. Card. Ginettus promisit) pro habenda sententia, et casu, quo licentia a praetacta synodo petita sit concedenda, mittendum esse cum fratribus Theodosio et Absalone, monachis Basilianis a dicta synodo Roman missis, Patrem Paulinum Ruthenum unitum cum sufficiente instructione et cum titulo magistri scholae in Pech aperiendae ad docendos pueros et iuniores monachos litteras humaniores latinas.«¹²

In congregatione 84. die 19. Maii 1648. Sacra Congreg. »scuta decem monetae patribus Theodosio et Absaloni, monachis ordinis S. Basilii monasterii Sanctae Mariae de Moracca in Seruia sub patriarcha Pech, pro eorum uictu, donec negotia, quae proposuerunt, expediantur.«¹³

Congregatio 88. die 1. Iulii 1648. de »sententia Sacri Officii circa unionem ab episcopis patriarchatus Pech in Seruia petitam« disputavit: — »Retulit Rmmus D. Card. Ginettus legisse in congregatione Sacri Officii litteras synodales episcoporum patriarchatus Pech iuxta huius Sacrae Congregationis mandatum et eiusdem

¹¹ Acta S. Congreg. re Prop. fide anno 1648. t. 18. fol. 73. n. 2.

¹² Ibid. fol. 82. n. 2.

¹³ Ibid. f. 80. n. 5.

Sacri Officii Praeses respondisse nihil habere eidem Sacra Congregatio circa praectas litteras suggerendum.¹⁴

Antonius Barberini, praefectus congreg. de Prop. Fide, ad »metropolitam Albaniae« (Budimlje) de litteris synodalibus episcoporum patriarchatus Peć-ensis die 8. Junii 1648. scribit hanc epistolam: »Al metropolita di Bodiglia o d' Albania di rito greco. La lettera scritta da Vostra Signoria in nome del sinodo di Pech si è riferita nella Sacra Cong. de Prop. fide tenuta inanzi la Santità di Nostro Signore Innocentio Papa X, il quale dopo hauere con li Ss. Cardinali della detta Sac. Congr. fatta la debita riflessione alle propositi del sudetto Sinodo ha grandemente lodato li santi pensieri et il zelo di Vostra Sig. et de Prelati in detto Sinodo congregati, il compimento del quale starà Sua Santità attendendo da lei e da medesimi Prelati. Et ecciò possano quanto prima dare a quelli la douuta essecutione, si mandano costà li due loro Monaci Teodosio et Absalom con un Padre Rutheno per nome Paulino della religione di Santo Basilio, il quale in tanto, che si negotierà per non stare in cotesta parte otioso d'ordine della sudetta Sacra Congregatione, aprirà una scola per istruire la giouentù, che li sarà assegnata essendo in tal essercitio uersato et insieme desideroso di giouare alle nationi del suo Rito . . . Dal detto Padre intenderà V. Sig. e li sudetti Prelati la sodisfattione, che ha hauuta questa Corte Romana della buona loro dispositione uerso questa Santa Sede Apostolica e li soggiognerà altri particolari a bocca di loro non poca sodisfattione, al onde remettendomi al medesimo Padre. Per fine prego a se et all' sudetti Prelati l'assistenza dell diuina gratia, acciò possano dare perfetto a negotio tanto importante e così ben incominciato con occasione del Breue Pontificio scritto dalla Santa memoria Urbano 8 al loro Patriarcha ultimamente morto.«¹⁵

Praefectus Congreg. De Propaganda Fide Antonius Barberini die 8. Julii 1648. superiores monasterii Sanctae Mariae in Morača: Gregorium et Josephum certiores facit: »Dalli

¹⁴ Ibid. fol. 115. n. 11.

¹⁵ Archiv. de Prop. fide; Lettere Volgari della S. Congregatione del anno 1648. vol. 26. fol. 62. 63.

padri Theodosio et Absalone, monaci di cotesto Monastero ha inteso questa Sacra Congregatione de Propaganda fide la buona dispositione, che hanno le R. R. V. V. uerso questa Santa Sede Apostolica . . . Dalli medesimi Prelati e dal Padre Paulino Rutheno unito, che si manda con detti Padri per seruitio di cotesto Monastero, intenderanno quello, che hanno di fare per unirsi perfettamente colli Popoli alla cura loro commessi con questa Santa Chiesa Romana portando con essi la professione della fede, che nel Sacro Concilio di Fiorenza si stabili colla Chiesa Orientale, dalla quale professione uedranno ancora, che la medesima Santa Chiesa Romana non pretende altro dalla orientale, che la salute delle Anime e ciò, che ha ordinato il Signore Iddio per quell'a.¹⁶

Praedictae litterae synodales in monasterio Morača, ubi episcopi ex regno Serbiae in synodum nacionalem ob eam rem congregati sunt, ut post mortem patriarchae Paissii novum patriarcham Gabrielem eligerent, die 1. februarii 1648. datae sunt.

Archetypum paleoslavica lingua cyrillicis litteris conscriptum in tabulariis Congreg. De Prop. fide invenitur.¹⁷

Afferamus celebre documentum ad verbum!

Г(вѣ)томѣ шчѣскомѣ і ап(осто)лъскомѣ съборѣ вѣликиѣ в(о)жне црѣкве рѣмскыѣ намесникомѣ и правителнимѣ и грѣднлашмѣ навнше надѣ всеми єпископн Бѣускоупа главѣнаго рѣмскаго папы и нашего вѣликаго господина в(оспод)и дѣлажное поклонение до лица земли.

Колею в(о)жнюю патриархѣ сръбскы и поморскы ш(вѣ)цѣ паусен престаки се. И нарекосмо на патриархство ѿ браћи нашихѣ єпископовѣ єднога вреднога редовника именемѣ гавріила коєга съ вѣсемѣ съборомѣ нашимѣ на Среченни д(ѣ)нѣ изскрѣшити счинити и посветити ако в(ог)ѣ да хотемѣ.

Г конамѣ нареченнымѣ патриархомѣ гавріиломѣ све колико старога смрѣлаго патриарха паусен движиме и недвижиме ствари

¹⁶ Arch. S. C. de Prop.: Lettere volgari vol. 26. fol. 70 v.

¹⁷ Ibid. Lettere antiche vol. 178. fol. 167. 167 v. — Starine XXV. p. 169, 170. vitata interpretatio in italica lingua.

добависмо на наше рѣкъ мѣнѣ конми и наидосмо с(вѣ)тоу и почтованѣ кингѣ римскаго папы кою є писана реченомѣ старомѣ патриархѣ кою ѡнѣ вѣше зналъ єдинѣ келенне¹⁸ а не саборнѣ. И ѡни дарѣ ѿ с(вѣ)тые ц(є)ркви римскыє тѣмъ є(ст) бл(а)гословлена корѣна ѡпѣскѣска не се могла сѣкрити и не сакрала се къ неѡи до мости блатѣ. Ѣно бл(а)гословлено сребро и злато и вѣча м(н)л(о)стѣ папѣжска кою ми видѣти свонма ѡчима свѣ колици власти и митрополити стиснѣсмо рамена свои чоудити се и дивити се. Ѣ то каюѣи се къ свое срдѣца ачицаюѣи прахѣ незнаемости цю смо незнали и заборавили главѣ ѿ црѣкви старавѣ ѿца и пастира прес(вѣ)тога папѣ. И сви колици вѣзведосмо свои ѡчи къ снанию неговѣ како то ѿ свега свѣта с(вѣ)тнаѣ наредисмо и изабрасмо послати поклицара къ римѣ къ неговѣ с(вѣ)тыне єднога вреднога ѿ свега нашего сборѣ срдѣскога поглавита митрополита моудимланскога и ѿ все арѣбанашке землѣ даюѣи немоу моѣмъ за скрепити любокѣ и задати послѣшанѣство главе ѿ црѣкви єдномѣ ѿца и пастирѣ нашѣмѣ папѣ неновимѣ начиномѣ али старимѣ како и дрѣги земли малѣи и велѣи рѣснѣ тако и мѣ.

И тѣкосмо скрепили и постановили све тоо за извршити реченимѣ нашимѣ вѣлкимѣ поклицаромѣ митрополитомѣ боудимланскимѣ и арбанашкимѣ коѡга хтели бисмо и садѣ къ римѣ послати зацю доидоше намѣ вѣлкимѣ тѣмъ и неволи ѡтоманѣскы за нашѣ грихѣ и непослѣшанѣство прѣдѣ неговѣи с(вѣ)тыни али не могосмо то счинити докле нос(вѣ)тымѣ нашего патриарха да котомѣже оумислиа сѣми прѣвѣ изскати тѣстирѣ ѿ неговѣи с(вѣ)тыни да допсѣтитѣ доѣмъ къ римѣ нашѣмѣ вѣлкомѣ поклицарѣ реченомѣ. И даде намѣ богѣ добростиеѣ згодѣ за испнити нашѣ мислѣ. Чѣсдинимѣ начиномѣ късе могѣшиа б(о)жия сила изѣ рѣкъ ѡтоманѣскыѣ ѡслободила пресвѣтлога господина московскаго ц(а)рѣвиѣа ѡвана вѣснѣлиевѣиѣа шѣскаго великаго княза вѣлико пермскаго кон имаюѣи поутѣ закратити се ка свое владанѣ ималѣ колю и къ римѣ бити и с(вѣ)тымѣ моцѣмѣ се поклонити а вѣши ѡнѣ ѡдавна нашѣ господинѣ и патрѣнѣ и ѿ ц(є)ркви ктиторѣ припорѣчисмо с скстѣ неговѣ величанѣства ѿ вѣсѣга сабора нашего избрѣаннаго брата вѣлкимѣ лаври к(о)городѣице строенѣи (ц(а)рѣско ѿ морачи изѣ приморѣ срдѣвѣскако великаго логофѣта ї Еклицарха Фѣвдосѣа ради лѣмовнни сѣ ц(а)рѣскимѣ рѣсводемѣ коѣмѣ да-

¹⁸ *ηγλέω, ηήλεος.*

ДОСМО WRS КНИГS НАИWS ДА ИМА ПРЕДАТИ ДО ПРЪКВЕТОЛОГА И ПРЕВНСОКОГО С(ВЕ)ТОГА САБОРS РИМСКАГО НАИWS ПЕНИЖИНС М(О)ЛИТВS ЗА КОЮ М(О)ЛИМО КАИWS ВЕДРИНС ДОПШТИТЕ НАМЪ W НЕГОВИ С(ВЕ)ТЫНИ ПРИ ВЕДРОИ ВЛАСТИ И ЧЕСТИТОСТИ ПАПИНОИ ИМАТИ БА(А)ГОСЛОВЪ И ТЪСТИРЪ ЗА НАШЕГО НАРЕЧЕНАГО ПОКЛАСАРА РАДИ СТВРЪЖДЕНІА ВИШЕ РЕЧЕНОИ НАШИ ПОТРЕБИ. Ъво ми оупдаеми на земяю прѣдъ неговои С(ВЕ)ТЫНИ И ЛЮБИМО НЕМС НОГИ И ПОДЪНОЖИЕ НЕГОВЕУХЪ НОГЪ НЕКА НАМЪ ЗАПОВѢДИ Б(О)ЖИ СМО И НЕГОВИ ПОСАДШИНИЦИ И РАБИ ВЪКОВНИ.

Иис(а)но въ земли срѣксевци вѣликои лаври ц(а)рѣскои на саборе морачкомъ лѣта W създаиіа мира З. р. з, сп(а)сеніеже тѣсца Х. М. Н. феввара а. д(е)нѣ.

И въ место дрѣгихъ митрополитѣв ѿ епископѣв и въ место ѿсмена григоріа са братіеюу и всего сабора рѣксъ приложнаѣ.

Смирении паиси кожіею мноестію митрополитѣв вѣдимлянскіи ѿ арбанашкы въ свое место

Смирении печатникъ

Иеромонахъ Ѡсифъ

Sigillum: „ Мораче сепениа . . . те владичице нашии в(о)городнице “

Synodus ergo provincialis orthodoxae ecclesiae serbiae in monasterio Sanctae Mariae in Morača litteras »Sancto, paterno et apostolico collegio, magnae divinae ecclesiae Romanae vicariis et rectoribus et cardinalibus, supremo omnium episcoporum episcopo, summo Romano Papae et nostro magno Domino . . . « scribit.

»Omnes potestates et metropolitae« serbicae orthodoxae ecclesiae »paenitentiam in suis cordibus agunt et pulverem ignorantiae excutiunt, quia non agnovimus et oblitii sumus ecclesiae caput, veterem patrem et pastorem Sanctissimum Papam. Omnes nos oculos nostros in lucem eius levavimus, quia est totius mundi lux. Romam ad Suam Sanctitatem principem metropolitanam Budimljensem¹⁹ et in tota nostra ser-

¹⁹ Inter septem dioeceses, quae a Sancto Sabba, fundatore hierarchiae in serbica natione, constitutae sunt, etiam dioecesis Budimljensis commemoratur. Episcopi Budimljenses in monasterio sancti Georgii, quod hodie in propinquo urbis Berane in Jugoslavia reperitur, in Budimlje sedes habebant. (Dordje Sp. Radojičić: Budimljanski episkopi, »Bogoslovlje« Beograd 1926. god. str. 265—270).

bica synodo atque in provincia Albaniae insignem nuntium mitti iussimus et decrevimus, potestatem ei dantes, ut amorem firmaret et oboedientiam capiti ecclesiae, uno patri et pastori nostro Papae praestaret (polliceretur) non novo modo, sed antiquo, id est eo, quo et aliae provinciae: Minor et Alba Russia.«

Quamvis proinde ea profectio Maximi Predojević eiusque in episcopatu successorum facta ad consecrationem et confirmationem obtinendam improbari ea de causa debeat, quod patriarchae Peć-ensis orthodoxi erant, facile tamen excusari poterunt, si documenta supra allata respicientur.

2. — Patriarchatus Peć-ensis a fidelibus ritus graeco-slavici sic dictis uschochis (perfugis) in regno Croatiae residentibus centrum ritus graeco-slavici et nationalis serbicae ecclesiae habebatur. Quam ob rem primus quoque episcopus Simeon Vratanja a patriarcha Pećensi confirmatus est.²⁰

Hoc in casu magis de ritu slavico, quam de professione fidei agebatur. Praeterea patriarchatus Pećensis defensor independentiae nationalis episcopatus Marčensis contra episcopos latinos et praecipue contra episcopos Zagradienses, qui curiam Romanam sibi conciliare studebant, putabatur. Res oppositae non erant: fides catholica et fides orthodoxa, sed conservatio ritus graeco-slavici cum independantia episcopatus Marčensis contra latinos, qui ritum graeco-slavicum abro-

²⁰ Simeon Vratanja Romae non est consecratus, sed tantum fidem catholicam professus est, uti ex constitutione Pauli V. 21. Novembris 1611., qua monasterium Marčense canonice erigitur erectumque Simeoni in commendam conceditur, deinde uti ex duabus litteris eiusdem Simeonis die 21. Novembris 1611. ad Paulum V. datis videtur («Bogoslovska Smotra» 1925. p. 306. 307.). In quibus omnibus documentis Vratanja episcopus supponitur, neque de consecratione eius mentio fit. In tabulariis Vaticanis Brevium Pontificum breve de consecratione Simeonis non invenitur. Ergo omnia a me dicta de consecratione Simeonis Romae peracta corrigenda sunt («Bogoslovska Smotra» 1924. p. 286—291), quamvis in litteris nuntii apostolici Viennensis die 27. Septembris 1642. affirmetur: » . . . come fu dal Cardinale Bellarmino il Vescovo Simeone consecrato« (Arch. Prop. fide: Lettere antiche vol. 85. fol. 120).

gare et ritum latinum introducere conabantur²¹ quique episcopos Marčenses tantummodo officio vicariorum episcoporum Zagrabiensium aliorumque episcoporum latinorum, in quorum territorio Uscochi residebant, fungi exigebant. Quamvis Simeon Vratanja et Maximus Predojević primatum Romani Pontificis professi sint, tamen saepius a latinis »schismatici«, immo »haeretici« propter ritum graecum nominabantur.²²

3. — Maximus Predojević Romam pro confirmatione obtinenda iter facere voluit. Quod constat ex litteris Ioannis »Dalmatae«, parochi 28. Augusti 1633., in quibus dicitur: » . . . quale (Maximus) similmente è per venire in Roma quanto prima per farsi confermare dalla Santità Sua . . . «; ex litteris Ciriaci Rocci, nuntii apostolici 12. Novembris 1633.: »Se intanto Don Massimo uerrà a Roma a cercare la sua confirmatione . . . , credo, che trouerà difficoltà bastanti ad escluderlo«. (Arch. Prop.: Lettere antiche vol. 76. fol. 4. 2.); ex decreto S. Congregationis de Prop. Fide 10. Ianuarii 1634., congregatio

²¹ Benedictus Vinković hanc sententiam defendit: »In principio dicti Valachi in suo Graeco ritu et purgatis erroribus conservandi sunt. Ubi vero errores et schisma relinquerent, ut in rebus diuinis magis informant essent, paulatim et ritus Graecorum apud illos sepeliri posset, sicuti factum est in Istria. Piuka et Carsia, nec non in dioecesi Segniensi in Lich et Draga Vinodolensi, ubi similes Valachi et similibus ritu et erroribus impleti opera honorum pastorum catholicorum relicto ritu Graecorum et erroribus reiectis ad praesens Romanum, quem assumpserunt, retinent seque non amplius Valachos, sed Croatas appellant . . . Quoniam praetacti Rasciani siue Valachi calendarium nouum uocarent nouam fidem, calendarium uetus nuncuparent antiquam fidem et homines nouo calendario utentes appellant nouae fidei cultores, qui uero antiquo uterentur, nominarent illos ueteris fidei imitatores: et quia si ad nouum calendarium tam cito seruandum adigerentur, putarent se a uetere fide auereri et per consequens in illa turbari. Ideo uetus calendarium siue usus illius illis deberet pro principio permitti ac concedi, donec in rebus fidei magis instruerentur, caeremoniis catholicis magis asuescerent. Quibus ita factis ipsimet futuris temporibus usum ueteris calendarii postponerent et noui calendarii usum assumerent«.

²² » . . . uescouato nelli confini di Croatia del rito greco ouero scismatico« (Arch. Prop.: Lettere antiche vol. 76. fol. 4. Litterae »Don Crouami Dalmatae« 1633.)

187., quo apud officiales curiae prouisum est, ne Maximo confirmatio apostolica concederetur (ibid. fol. 2 in tergo). Cum Maximus optime sciret, se Romae confirmationem apostolicam obtinere non posse, Romam usque ad mortem 1642. subsequutam non est profectus.

4. — Benedictus Vinković de Maximi eiusque monachorum doctrina scribit: »Praeter errores illos schisma fouentes alios graues fouent et credunt, ex quibus aliquos duntaxat exempli causa annotare consequenter ex relatione aliorum placuit. Facta inquisitione accepi, quod clerici et laici Valachorum siue Raschianorum Summum Pontificem pro Antichristo, reliquos catholicos pro haereticis et excommunicatis habent; quod nostris catholicis sacerdotibus confiteri grande nephas existimarent; quod furtim aliquid a catholico Romano auferre uel non esse peccatum crederent uel si esset, minus tandem esset, quam si a Turca aliquis quidpiam auferret furtim. Item si ex furto aliquo Valachus siue Rashianus aliquid dat sacerdoti, peccatum furti putant per tale datum deleri nihil de paenitentia et restitutione cogitantes. Unde gens haec ob talem credulitatem esset furatissima et rapacissima.

Item relationem accepi, quod sacerdotes Raschianorum doceant posse ipsos aliquem ex inferno damnatorum per preces suas eliberare, modo illis condignam det eleemosynam. Audiui etiam praeter praemissa illos docere, quod sacerdos alicuius hominis peccatoris peccata potest in se assumere et pro illis tempore iudicii respondere ac rationem reddere. Unde sacerdotes illorum talia erronea docentes ac miseris barbaris suadentes aliorum peccata in se quandoque assumunt pro magna ellemosyna et ita et se et illos in Gehennam magis intrudunt. Item significatum habeo illos credere, quod Christus ad inferos descendens omnes animas praeter tres ex inferno etiam damnatorum eliberasset. Credunt praeterea, et me etiam praesente asseruerunt, omnem cogitationem hominis, qualiscunque esset, nisi in actum prodeat, non esse peccatum«.

Praeter has »haereses«, quae maximam partem ex hominum sermonibus, fama et abusibus ignarorum sacerdotum constant, Vinković etiam alias enumerat: »quod tam clerum quam populum prohibet ecclesias catholicorum frequentare«;

quod »illos, qui sub primo episcopo Valachorum Simeone Vre-tanich dicto conuersi et catholici facti fuissent, multis persua-sionibus minitendo anathema ad uomitum id est ad schisma (ritum) ipse episcopus reduxit«; quod novum calendarium pro-hibuit; quod homines catholicos ad ritum graecum pertrahit; quod repudia inter coniugatos facile admittit.

Solutio vinculi matrimonialis magis an-tiquo abusu, quam doctrinae attribuenda est.

Secundum aliam relationem Benedicti Vinković Maximus eiusque monachi coram legatis eiusdem episcopi Zagrabiensis 5. Aprilis 1639. se schismaticos vel haereticos esse negarunt seque credere et docere: »quod Sancta mater eccle-sia catholica orintalis credit et docet« (Arch. Vatic. Nunt. di Germ.: »Lettere di ogni genere riscontrate« 1640).

Maximus Predojević in episcopatu duos aemulos habe-bat: Patrem Nicephorum Ruthenum unitum, »che finiti gli studii di Theologia sta di partenza per Russia«, et Raphaelem Le-vaković, »Croatam«.

Additamenta.

Romae an. 1633. Junii 13. — Decretum Congregationis de Prop. fide de promotione patris Nicephori Rutheni uniti ad episco-palem dignitatem et illius deputatione in coadiutorem eppi Simeonis Vratanja.

Arch. de Prop.: Acta vol. 8. p. 236. n. 3. Congregatio 178.

Referente eodem Emo Dno Cardinali Ubaldo decretum prae-cedentis Congregationis circa provisionem pro Vallachis Montis Fe-letrii mediante promotione patris Nicephori Rutheni, Uniti. ad epi-scopalem dignitatem et illius deputatione in coadiutorem Eppi Si-monis, senis et infirmitatē confecti, sacra Cangregatio iussit Nuntio Germaniae scribi, ut de hoc negotio agat cum Imperatore eiusque sententiam exquirat, praesertim circa huiusmodi prouisionis exe-cutionem et impedimenta, quae possent occurrere et modum ea remouendi, ut suum possit sortire effectum.

Ad hoc decretum spectat sequens adnotatio: »Essendosi con-formi col decreto della Congregazione passata trattato col padre Niceforo Rutheno unito, che finiti gli studii di Theologia sta di par-

tenza per Russia, acciò si contentasse d' accettare la carica di uescouato di Vallachi del Monte Felletrio al numero di 40 milla e secondo altri 60 milla sotto la cura di Monsignore Simone, che prestò ubidienza a Paolo V., atteso che detto Simone è uecchio e sta quasi per l'infermità sempre nel letto, e si dubita, che morto lui s'introduca in quel uescouato un scismatico, dopo qualche renitenza finalmente persuaso dal padre Tarquinio, rettore del Collegio greco, e dal suo confessore e finalmente dagli'altri alunni Rutheni uniti, si contenta d'ubbedire e sottometersi a questo peso.

E necessario per questa espeditione scriuer prima al nuntio cesareo, che tratti coll' Imperatore, acciò per mezzo de Capitanei di detti Vallachi si persuada monsignore Simone a domandarlo per Coadiutore cum futura successione e poi pensare a procurarli qualche benefitio o prouisione, acciò si possa mantenere, sinche uiue detto monsignore Simone, non potendo bastar la prouisione, che ha il uecchio uescouo a lui et al Coadiutore» (ibid.: I. Polonia e Russia: 336. p. 480.).

Zagrabiae an. 1633. 28. Augusti. — »Don Giouanni Dalmata, pieuano« litterae ad aliquem monachum Romae degentem datae, in quibus de Simeone Vratanja, de Maximo Predojević non confirmando pro episcopo et de supprimendo episcopatu Marčensi refert.

Arch. de Prop.: Lettere antiche vol. 76. fol. 4.

Molto Rev. in Christo Padre Osservmo!

Trouandosi nella uisita il Monsig. Revmo Vescouo di Bosna mio Signore e padrone in Dalmatia; nell'absentia del quale ho uoluto dargli avviso di quanto al presente m'occorre circa il negotio importante, acciò s. P. m. R. sapia, quallo hauerà da fare, essendo il Vescouo Vallaco gia diuentato impotente d'età di non potere administrare detto suo uescouato nelli confini di Croatia del rito greco ouero scismatico, s'ha risoluto di rinunziare il uescouato suo scismatico ouero greco ad un certo monacho per nome Massimo, quale ottenuta detta resignatione dal detto uescouo è andato a farsi confirmare dal Patriarcha Constantinopolitano scismatico, quale ha ottenuta detta confirmatione dal detto Patriarcha Constantinopolitano scismatico, et de facto tornato, quale similmente è per uenire in Roma quanto prima per farsi confermare dalla Santità Sua, non per esser obediante alla sede romana, ma per hauere il stipendio annuo, quale Sua Cesarea Maestà ha applicato, che dalla Camera li sia dato annui ducati num. 500, doue Vostra Paternitas m. R. facci ogni debito e diligenza, acciò tal monacho non sia in modo alcuno confermato, sicome ho trattato oretenus con il Monsig. Preposito e li RR. PP. Giesuiti, dalli quali spero hauerà auuiso, facendo istanza per se ouero per altre persone inanti li

signori superiori, cioè Sua Santità, Suo nepote Emin. Sig. Card. Barberino, protettore della diocesi del capitolo di Zagabria, si anco appresso l'Eminenza Cong. de fide propaganda, non essendo cosa sopportabile, ch' in una diocesi nel regno sclaunico di Zagabria siano due vescovi: un cattolico e l'altro greco, uer scismatico, et che comparendo il detto monacho Massimo sia trattenuto in Roma et che s'intenda qualificata persona sia e come si dice, che un bandito da Turchi, de quali ha suis propriis manibus ammazzati num. 15 senza virtù e pochi buoni costumi.

Zagabria 28. Agosto 1633. Don Giouanni Dalmata, pievano.
In tergo: »Copia dell'auviso dato circa D. Massimo Pedrouich«.

Viennae an. 1633. Novembris 12. — Ciriaco Rocci, nuntius apostolicus (1630.—1634., card. 28. XI. 1633.) Antonium Barberini, praefectum Congreg. de Prop. fide, certiore facit Maximum Predojević ab imperatore Simeonis Vratanje successorem nominatum esse.

Ex Tabulariis S. C. de Prop. Fide: Lettere antiche vol. 76. fol. 2.

Emmo e Revmo Sig. mio Padrone Colendmo.

(Emin. Sig. Card. Antonio Barberino. Capo della S. C. di P. F.).

Alla lettera di Vostra Eminenza d'8 del passato dico, che se bene l'imperatore (quand' io feci l' officio in nome della Sacra Congregatione, acciochè la M. S. approuasse il pensiero di far per coadiutore cum futura successione al Vescovo Simone, ottugenario et inhabile, il Padre Niceforo Rutheno unito) benignamente mi rispondesse di contentarsene, si com' (siccome) auvisai Vostra Eminenza con la mia lettera de 13. Agosto, e facesse scriuere a suoi ministri di Vallachia, acciochè procurassero, che quel vescovo ui consentisse, tuttauia dalla risposta, ch' ha data questa settimana: il conte di Schwarzemburg, gouernatore di Schiaunia, si è ueduto, che Sua Maestà fin l'anno 1630. hauua nominato e presentato per successore al Vescovo Simone quell' istesso Don Massimo Predouich, del quale parla la lettera acclusami ultimamente, come Vostra Eminenza uedrà dalla copia della presentatione cesarea, ch' hora l' inuiò. Stante tal presentatione dell' imperatore il medesimo conte risponde di non auere eseguito l' ordine col Vescovo Simone giudicando pericolosa ogni contraria dispositione, e soggiunge, che questo Don Massimo fin nel tempo del Sig. Card. Pallotto cominciò ad amministrare le cose ecclesiastiche di quella chiesa; e ch' auendo dopoi il detto Vescovo Simone ceduto totalmente, l' istesso conte di Schwarzemburgh gl' hauena dato il braccio secolare per impossessarlo.

Parmi scorgere in questo successo molti incouenienti, impe-
rochè nè il Vescouo Simone poteua o cedere o rassegnare senza
il consenso apostolico, nè Don Massimo introdursi o il conte dar il
braccio secolare per il possesso prima della confirmatione apo-
stolica.

Quando l' imperatore sarà tornato dalle caccie, rappresenterò
alla Maestà Sua il tutto et insieme accennarò il dubio, che si può
hauere del poco merito del primo presentato dalla Maestà Sua
forzandomi per quanto potrà, che S. M. persista nel Padre Nice-
foro. Se intanto Don Massimo uerrà a Roma a cercare la sua
confirmatione, come si legge nella copia della lettera acclusami,
credo, che trouerà difficoltà bastanti ad escluderlo. Et io del se-
guito quei darò a suo tempo parte a Vostra Eminenza, a cui fo humi-
lissima riuerenza.

Di Vienna 12. Nouembre 1633. Di Vostra Eminenza humilis-
simo et obligatissimo seruitore Ciriaco, Arciuescouo di Patrasso.

**Romae 1634. 10. Ianuarii. Congregatio 187. — Congregatio
de Prop. decernit. ne confirmatio apostolica Maximo Predojevič
concedatur. De quo officiales curiae, ad quos Maximus pro confir-
matione recurrere debebit, instructi sunt. Pro episcopo nominandum
esse Nicephorum. monachum ordinis Sancti Basilii.**

Ex tabulariis Congreg. de Prop.: Lettere antiche vol. 76. fol.
2. a tergo.

Referente Emin. D. Card. Ginetto litteras nuntii Germaniae
de Maximo monacho, qui ab anno 1630 habet ab imperatore nomi-
nationem ad episcopatum Vallachorum montis Feletrii, et de proui-
sione, quae fieri debet in Urbe, ne confirmatio apostolica ei conce-
datur, Sacra Congregatio dixit iam esse prouisum per nihil tran-
seat datam pro officialibus Curiae, ad quos dictus Maximus pro
confirmatione recurrere debebit.

Auuisar il Sig. Card. Roccio, che nel negotio del uescouato de
Vallachi del monte Feletri s' è dato ordine di Nostro Signore un
nihil transeat agl' officiali di questa corte alli quali il Monsig. Mas-
simo dovrà per neccessità far ricorso per hauer la pretesa confer-
matione apostolica, di che Sua Emin. ne potrà dar notitia al' im-
peratore col rappresentar alla Maestà Sua, quanto le fu signifi-
cato coll' altre, affinchè si dia quel uescouato al P. Niceforo Ruteno
unito, monacho di S. Basilio, e buon theologo alleuato et istrutto
in Roma nel collegio greco, e si leuino quei popoli dallo scisma.

**Romae an. 1639. Augusti 20. Sacra Congregatio de Prop. Nun-
tio Viennensi imperat, ut relationes de vita et moribus Maximi Pre-**

dojević, nominati episcopi Vretanensis, mittat utque de causis percontetur, quare in episcopum a chismatico consecratus sit.

Arch. de Prop. Lettere della Sacra Congregazione, vol. 19. fol. 83, 83v.

A Monsignore Nuntio di Germania.

Essendosi riferite in una Congregtione particolare, ordinata da Nostro Signore, l' inchiusa lettera dell' eletto di Zagabria intorno al nuouo Vescouado Vratanense, che si dice esser eretto nella di lui diocesi senza però autorità Apostolica, e della persona di Massimo Petrouich, Vallaco Monaco di San Basilio, nominato dall' Imperatore al medesimo Vescouado, questa Sacra Congregazione de Prop. fide ha ordinato, che si mandi in sudetta lettera a V. S., acciò ueda il contenuto d' essa e poi procuri, che sotto qualche buon protesto d' interesse politico, o d' altra simile causa sia chiamato dal Sua Maestà a cotesta Corte il sudetto Massimo, e che quando sarà gionto costì, ella s' informi delle qualità et attioni di lui, e massimamente de particolari della sua persona enontati nella sudetta lettera, e che finalmente senta il medesimo Massimo, se haurà cosa da dire in sua difesa. E quanto a far uenir in Vienna il sudetto Massimo, si stima, che V. S. potrà facilmente persuader la Sua Maestà a chiamarlo per le sudette sue male attioni, e perchè non solo non ha procurato la prouisione Apostolica ordinatagli nella sua nominatione, ma s' e fatto consegnar dal Vescouo Scismatico. Quando poi ella hauerà fatto ciò, che colla lettera presente se l' ordina, ne ragguaglierà questa Sacra Congregazione de Prop. fide con soggioserne il suo parere et c. Roma 20. Agosto 1639.

Romae an. 1640. Aprilis 2. Congregatio de Prop. fide petitioni Ioannis Terdislavić, parochi in Vinica, testimonio Raphaelis Levaković, patrum Societatis Iesu et supremi caesarei generalis commendati pro missionariorum facultatibus inter Vallachos in Žumberak annuit et oratorem Sacrum Officium adire iubet.

Arch. de Prop. Acta v. 14, fol. 63, n. 37.

Decernuntur facultates Domino Ioanni Terdislauich, parocho Vinizza inter Vallachos Montis Feletrii.

Congregatio 265. coram Sanctissimo die 2. Aprilis 1640.

Referente Emminentissimo Dno Cardinali Pallotto instantiam Dni Ioannis Terdislauich, parochi in Vinizza, parochiae inter Vallachos schismaticos Montis Feletrii in confinibus Turcarum sub iurisdictione Equitum teutonicorum, testimonio patris Raphaelis Croati, ordinis minorum de obseruantia, et patris Cassii, societatis Iesu, idonei ad curam animarum, et summopere testimonialibus

litteris supremi generalis imperatoris commendati asserentis eundem oratorem multos haereticos conuertisse, pro facultatibus missionariorum, Sacra Congregatio eiusdem oratoris petitioni annuens iussit adiri Sanctissimum officium.

Romae an. 1640. 26. Maii. Congregatio Sacri Officii parochi in Vinica in Bela Kraina Ioanni Trdislavić facultates absolvendi Uscochos Montis Feletrii (Žumberak) a casibus reservatis et a censuris quomodocunque incurtis concedit.

Arch. Vatic. Nunt. Germaniae: »Lettere di ogni genere riscontrate« fasc. 7. fol. 251. Orig.

Illmo e Rmo mio Signore ossmo!

L' incluso piego, che contiene le facultà ottenute dal Sacro Ufficio per D. Giovanni Terdislanich, parochi in Vinizza de Vallachi del Monte Feletrio, oue è quel Massimo Vescouo, del qual si scrisse a Vostra Signoria Illma colla copia delle lettere del Vescouo di Zagrabia. Resterà seruita di farglielo ricapitare hauendo detto parochi gran bisogno di dette facultà per li suoi parochiani e per altri Vallachi di detto Monte, che si confessano da lui. Che per fine le bacio humilmente le mani, Roma li 26. Maggio 1640. Di Vostra Signoria Illma e Rma humilissimo e deutissimo seruitore Francesco Ingoli.

Inscriptio: »Monsig. Nuntio in Germania, piego«.

In tergo: »Roma 26. Maggio 1640. Monsignore Ingoli. Al Illmo e Rmo Padrone mio Colmo Monsignore Arciuescouo di Atene, Nuntio Apost. di Nostro Signore Vienna«.

Zagrabiae an. 1640. 14. Junii. Benedicti Vinković, episcopi Zagr., litterae ad Nuntium Gasparo Matthaeo de episcopo Valachorum Maximo Predojević scriptae.

Arch. Vatic. Nunz. di Germania. »Lettere di ogni genere riscontrate« 1640. fasc. 7. fol. 466. Orig.

Illustrissime Domine et Patrone mihi obssme!

Salutem cum seruitiorum meorum commendatione praemissa.

In memoriam Vestr. Illma Dño reuocare poterit, qualiter litteras certas suas Vienna die 31. Martii anno praesenti ad me miserat, in quibus placide ac benigne demandauerat, ut nouam et exactam informationem de negotio et statu Maximi Petrovich, Episcopi Valachorum in Diecesi mea Zagrabiansi residentium, Itam de mediis pro conuersione eorundem Valachorum adhibendis facerem ac transmitterem. Et li-

cet praetactas litteras Vestrae Illmae Dnis 5. Maii ea reuerentia, qua par fuit, acceperim, ad illasque bis iam breuissime responderim, Informationem tamen nouam et exactam super praemisso negotio, statu uidelicet Eppi Valachorum quoad religionem, Item de mediis pro conuersione eorundem Valachorum a Vestra Illma Dne postulatam, quod hactenus non dederim aut miserim, non negligentiae meae sed Inquisitionis, prolixiori tempore super praemissis indigenti adscribendum censeo. Quam informationem Nouam et exactam iuxta meam oblationem in litteris meis proxime missis factam per praesentium Latorem Venerabilem fratrem Ioannem Kaloin Vestrae Illmae Dni mitto. Faxit Dnus Omnipotens, ut optatum sortiatur effectum. In reliquo eandem V. I. D. diutissime et felicissime ualere cupio. Datum praesentes Zagrabiae die 14. Junii Anno Dni 1640. Eiusdem Vestrae Illmae Dnis seruus in obsequiis ac fr. in Chto Benedictus Vinkouics, Eppus Zagrabiensis.

In tergo: »Illmo atque Rmo Dno Caspari Matthaeio, Dei et Apost. Sedis gratia Archeppo Athenarum ac eiusdem S. S. Apost. apud C. ac R. Mttem Ferdinandum Tertium et per uniuersum Romani Imperii districtum cum facultate legato de latere Nuncio, Dno et Patrono mihi obssmo.«

Zagrabiae an. 1640. 28. Junii. Benedictus Vinković, eppus Zagrabiensis, Nuntium Viennensem se novam informationem de episcopatu Valachorum scripsisse cartiorem facit.

Arch. Vatic. Nunz. di Germ. Lettere di ogni genere riscontrate 1640. fasc. 7. f. 390. Orig.

Illustrissime atque Rssime Domine et Patrone obssme, salutem in Domino optatam ac foelicitatem perpetuam.

Denique Vestra Illma Dominatio recordari poterit, qualiter adhuc circa finem Martii oportune scripserat, vt de negotio Maximi, Valachorum Episcopi, vnam et exactam Informationem facerem et ad Vestram Illmam Dnationem mitterem. Quod negotium requirebat, ut statum, professionem et Religionem tam eorundem Valachorum, Episcopi, quam Monachorum, Sacerdotum ac populorum illius declararem de nouo. Ideo, quia post primam meam Informationem ad Sacram de Propaganda fide catholica Congregationem Anno proxime praeterito factam ac datam negotium, statum et faciem intra anni reuolutionem mutare potuit, iuxta benignum ergo Vestrae Illmae Dmnaonis mandatum Informationem nouam et exactam ac 14. mensis praesentis ad eandem Vestram Illmam Dmnationem per viros duos Religiosos, Ordinis Sancti Pauli, primi Eremitae, transmissi. Verum posteaquam in illa informatione continentur quaedam, in quibus iam Episcopus dictus Valacho-

rum quam Monachi, Sacerdotes item et populi sui accusarentur, et quidem in eo, quod non solum Schismatici adhuc essent, sed etiam in quibusdam haeretici censerentur, et in documentum huius talis assertionis et annotata sunt quaedam exempla talia quae ipsi. Episcopus videlicet, Monachi, Sacerdotes et Populi Valachorum partim crederent et docerent, partim uero facerent, ex quibus censerentur non solum Schismatici, sed etiam haeretici, Qualiter autem dictus Valachorum Episcopus ac sui Monachi in praesentiam meam venientes occasione illorum creditu et factu absurdorum, sese excusauerint, quia scriptor praetactae informationis nouae et ad Vestram Illmam Dnem per praetactos uiros Religiosos transmissae in eandem informationem nouam non inseruisset, Ideo Ego in praesenti alia eiusdem informationis nouae et transmissae Copia excusationem illorum suo loco inseri curauit et ad Vestram Illmam Dnem cum serie dictae nouae informationis iterato descriptae transmisi. Justum iudicans, ut sicut Accusationem contra illos factam, ita etiam excusationem illorum ad Vestram Illmam Dnem transmittere cum tota serie Informationis nouae iterato (vti praemissum est) descriptae. Haec V. I. D. ad praesens necesse duxi scribere. die 28. mensis Junii. Anno Domini 1640.

Eusdem Vestrae Illmae atque Rmae Dnis seruus obsequus Fr. in Chto Benedictus Vinkonicz, electus Eppus Zagrabiensis.

In tergo: »Illmo ac Rmo Dno Caspari Matthaenio Dei et Apostolicae Sedis gratia Archiepo Athenarum ac eiusdem Sedis Apostolicae apud Sacram Caesar. ac Regiam Mattem Ferdinandum Tertium et vniuersum Romani Imperii districtum legato cum facultate de latere Nuncio et c. Dno et Patrono mihi obseruamo. Viennam.«

Romae 1640. 28. Junii. Episcopi Zagrab. Benedicti Vinković informatio de episcopo Vretanensi Maximo Predojević.

Arh. Vatic. Nunt. di Germania: »Lettere di ogni genere riscontrate« 1640.

In loco citato Archivii Vaticani archetypha duarum informationum Zagrabiensis episcopi Benedicti Vinković datarum ad Nuntium Viennensem Gasparo Matthei sub titulo: »Super fundatione episcopatus Vretaniensis pro Vallachis in dioecesi Zagrabiensi ac Sclauoniae et de conuersine Vallachorum,« inveniuntur. Quarum prima 14. Junii 1640., altera 28. Junii 1640 scripta est. In secunda informatione inter verba primae: Praetacti clerici et laici Raschiani in dioecesi Zagrabiensi residentes non solum essent schismatici...« et verba: »De scientia episcopi et sacerdotum...« hoc complementum adest: »Qualiter eppus praetactus Vallachorum (Maximus Predović) sui que monachi ratione praescriptorum et aliorum errorum

sibi obiectorum se coram me episcopo Zagrabiensi excusauerint, sequentia indicant:

Praescripta uerba et facta catholicae religioni aduersantia, ubi per episcopum Valachorum, monachos item et alios sacerdotes suos, per ipsos Valachos partim dici, partim fieri inaudiissem, non uolens amplius in dioecesi mea tolerare, misi ad praetactum episcopum certos meos nuntios, honorabiles uiros ecclesiasticos in theologia, iure canonico et philosophia peritos, ad inquirendum, an praemissa clerus ac populus Valachorum crederent, docerent et facerent. Quod si crederent, docerent ac facerent, ut ab iisdem ueluti erroneis abstinerent.

Qui mei nuntiis ubi ad eosdem: uidelicet episcopum et monachos in monasterium illorum Marcha dictum anno Domini 1639. die 5. mensis Aprilis peruenissent, illisque supra de erroribus Valachorum praescripta proposuissent et ex illis quaesiuissem, num talia ipsi: episcopus uidelicet, monachi et sacerdotes Valachorum cum populo crederent, docerent et facerent, tunc quaedam coram iisdem meis nuntiis negarunt, quaedam ambagibus inuoluerunt, in quibusdam se ipsos declararunt hoc est, ut iuridice loquamur, nonnulla qualificarunt.

Volens ipsemet de praemissis certior fieri, nuntiani aliquoties episcopo praenominato Vrataniensi Valachorum in dioecesi mea Zagrabiensi residentium, ut ipsemet ad me ratione certae colloquutionis ueniret. Promisit quidem se semper uenturum, quoties uocatus fuisset, non tamen uenit prius quam anno uno post meam primam uocationem elapso. Et quidem praesenti 1640. in festo ascensionis Christi cum duobus suis monachis aduenit.

Quibus aduenientibus acceptaque colloquendi occasione tandem ex illis episcopo uidelicet praefacto et duobus suis monachis quaesui, num illa absurda supra consignata ipsi aut sui populi crederent, docerent et facerent et c. Negarunt coram me iureiurando, negando, in poenam uitam suam ponebant dicentes: Si comprabatum fuerit, quod talia uel crederemus, uel doceremus, uel fecissemus aut per Valachos fieri curassemus, uita nobis adimatur.

Quibus auditis statim in mentem occurrit diuinum illud: omni spiritui credere noli, nec facile credendum esset illi. Ideo probandi essent spiritus, an a Deo, uel aliunde sint.

Ego quoque uolens probari illos episcopum uidelicet praedictum Valachorum et suos monachos, num ueritatem dicerent hoc est, num schismatici an catholici essent, institui disputationem apud mensam de erroribus illis graecorum schismaticorum, propter quos iidem graeci schisma facientes ab unione ecclesiae occidentalis et per consequens Romanae et ab obedientia Summi Pontificis recesserunt, ubi unus ex archidiaconis meis mensae accumbens errores illos schisma fouentes oppugnare et exinde schismaticos errare ex

scriptura et rationibus ostendere coepisset, mox tam episcopus praescriptus Valachorum, quam sui duo monachi pro illorum possibilitate et exigua scientia (cum sint ignarissimi) Graecorum errores defendere temeritate potius, quam aliqua alia firmitate coeperunt. Unde iterato in suspensionem achismatis uenerunt, quod uideelicet adhuc essent ueri schismatici et non catholici.

Ultimatim, ubi praetactus episcopus a me discedere uoluisset, quaesuit ex me dicens: Quid uis, ut faciam? Cui ubi dixissem: Fac ea, quae te coram Ceasare et Nuntio Apostolico facturum promissisti, tunc quando pro episcopatu Vretanienesi Valachorum tibi conferendo sollicitasti et cum etiam tibi collatus fuisset. Respondit se pro posse fecisse et facere uelle, immo et in hunc finem professionem fidei coram Emminentissimo Dno Palloto, cardinali, pro tunc apud Caesaream et Regiam Mattem Nuntio Apostolico existente, fecisse. Cui cum subiunxissem: Si professionem fidei coram praenominato Dno Nuntio Apostolico Palloto fecisti, credis ne adhuc, quod Sancta mater ecclesia catholica ac per consequens Romana credit ac docet? Respondit: Quod sancta mater ecclesia catholica orientalis credit et docet, hoc et ego credo et doceo. Ubi autem ex uoce hac Orientalis iterato in suspensionem uenisset, quod esset schismaticus, subiunxi: ecclesia orientalis schisma fouet ac tenet et multos errores credit ad praesens. Respondit ille: Ego id credo et doceo, quod orientalis catholica ecclesia docet et credit, quia in illa multi magni uiri et Sancti Patres fuerunt. Cui ubi replicassem: Fuerunt quidem olim in orientali ecclesia multi magni uiri et Sancti Patres, ast ante schisma per Graecos et alios orientales factum, post schisma autem factum nullus magnus uir in orientali ecclesia repertus est, nullus etiam pro Sancto habitus fuisset. His a me dictis reticuit et ad monasterium cum schismate (ut ego ex praemissis credo) discessit, quod etiam ex sequentibus credi potest.²³

Romae an. 1640, Augusti 20. »De Maximo Vallachorum Montis Felietrii episcopo schismatico«.

Acta S. Congreg. de Prop. fide v. 14. fol. 139 n. 17.

Congregatio 268. die 20. Augusti 1640.

Referente Emminentissimo Domino Cardinali Spada litteras Nuntii (Gasparo Matthei) de Maximo, episcopo Vallachorum mon-

²³ Congregatio de Propaganda fide ad Nuntium Viennensem Gasparo Matthei duo exemplaria professionis fidei ob hanc causam misit, ut Maximus Pudelewić professionem fidei eddere posset. Alterum exemplar titulum habet: »Professio orthodoxae fidei ab orientalibus facienda iussu S. S. Dni Nostri Urbani PP VIII. edita Romae 1634.« Professio in lingua latina et graeca conscripta est. Alterum exemplar solum latina lingua ornatum est.

tis Feletrii schismatico, et medium, quo posset spiritualiter succurri dictis Vallachis, ab episcopo Zagrabienſi propositum per promotionem scilicet fratris Raphaelis Croati, ordinis minorum de obseruantia, ad aliquam ecclesiam episcopalem in partibus infidelium cum uicariatu Apostolico in locis dictorum Vallachorum, cum Dnus frater Raphael congruam substentationem habeat instrumento Zagrabiae stipulato die 22. Junij 1640. Sacrae Congregationi exhibitō, et consequenter eidem Maximo circa eius redditus non conferatur praeiudicium: Emminentissimi praesules mandarunt praefato Nuntio scribi, ut negotium praefati Maximi expediri curet, quia non uideatur tutum, ut cura dictorum Vallachorum committatur schismatico praelato, qui non solum non paruit mandato de ueniendo Romam ad petendam confirmationem et consecrationem illi in nominatione imperiali iniuncto, sed ad schismaticos auersit et ab eis consecrationem obtinuit, idque etiamsi ille catholicus fiat et professionem fidei emittat, nisi aliquis alius episcopus, de quo possimus confidere eidem Maximo superintendens constituatur, praesertim cum dictus Maximus indoctus est et adiutore et instructore indigeat.

Romae an. 1640. Augusti. Sacrae Cong. de Propaganda fide decretum de Maximo Predojević, episcopo Marčensi, qui episcopatu deiciendus sit. Si hoc impossibile sit, tunc titulum episcopum in partibus infidelium in hunc finem nominandum esse, ut Maximum et populum ad fidem catholicam adducat.

Archiv. Vatic. Nuntiatura Germaniae: »Lettere di ogni genere riscontrate« fasc. 7. fol. 504. Orig. Arch. de Prop. fide: Lettere Volgari vol. 20. fol. 81. 82.

Molto Illustre e Rmo signore come fratello!

Questi miei Emminentissimi Signori S. intorno al negotio di quel Massimo, Vescouo nominato di Vallachia del Monte Feletrio, che Vostra Signoria ha scritto essere stato chiamato costì, stanno in Decretis di ciò, ch' altre uolte le hanno significato non parendo loro bene, che quel Vescouado habbia uno scismatico, che non solo non ha ubbedito all' ordine di uenir a Roma a chieder la confirmatione e consecratione ordinatagli nella nominatione, che fece di lui l' Imperatore Ferdinando 2. di gloriosa memoria a quella Chiesa, ma se n' andò piuttosto dal Patriarcha scismatico per farsi, come fece, consecrare. S' aggiunge, ch' egli è persona ignorante e perciò sebene facesse la professione della fede Catholica prescritta agl' orientali, non si possiamo assicurar di lui, se non uì si costituisce sour'intendente un altro Vescouo, del quale si potessimo fidare. Però Vostra Sig. ueda di trattar di nouo con Sua Maiestà per pigliar il ripiego, che propone il Vescouo di Zagabria di leuar da quel Vescouado il sudetto Massimo, o uero uolendosi

ritener, con fargli far la professione della fede, si crei un Vescouo con titolo in partibus infidelium promettendo detto Vescouo di Zagabria di prouederlo del necessario sostentamento, acciò assista al detto Massimo, e procuri di confermarlo bene nella fede Cattolica e di ridurre li sudetti Vallachi dallo scisma alla medesima fede Cattolica. E per fine a Vostra Signoria mi offero e raccomando. Roma 31. Agosto 1640. Di Vostra Sig. come fratello affmo Cardinalis Antonio Barberini. Francesco Ingoli, Segretario.

Inscriptio: »Mons. Nuntio di Germania«.

In tergo: »Romae 31. Agosto 1641. Colendissimo Antonio, Prefetto Card. Sag. Congregat. Per quel Massimo Vescouo di Vallachia«.

Romae an. 1640. 10. Novembris. Francisci Ingoli, secretarii S. Cong. de Prop. fide, litterae de coadiutore Maximi Predojević, episcopi Valachorum, Raphaelae Levaković, qui media necessaria pro sustentatione habeat quique dictum episcopum ad fidem catholicam convertere debeat.

Arch. Vat. Nunt. Germania: Lettere di ogni genere fasc. 7. fol. 502. Orig.

Illmo Rmo Signore mio osmo!

Raccordo a Vostra Signoria Illma il negotio del Vescouo di Vallachi del Monte Feletrio, ch' almeno, se li potrebbe dar per coadiutore il padre fra Raffel Croato, il qual ha da sua parte il necessario sostentamento con publici istrumenti, che ha presentato alla Sacra Congregatione, e potrebbe ridurre il detto Massimo alla Santa fede e far gran frutto in detti Vallachi.

Humilissimo e deuotissimo Francesco Ingoli.

Roma 10. di Nouembre 1640.

Monsignore Nunzio di Vienna.

In tergo: »Romae 10. nouembre 1640. Mons. Ingoli P. S.«

Romae an. 1640. 12. Ianuarii. Franciscus Ingoli Nuntium Viennensem certiore facit se aegre ferre Raphaelae Levaković episcopum Senjensem non esse nominatum.

Arch. Vat. Nuntiat. Vienna: »Lettere di ogni genere riscontrate 1640.« fasc. 7. fol. 242. Orig.

Illmo e Rmo Sig. mio osmo!

Mi spiace, che non sia stato in tempo l'istanza del Padre Rafaele per il Vescouato di Segni, perchè come benemerito della Natione Illyrica era degno di questa Chiesa. Intanto ringratio con tutto l'animo V. S. Illma della prontezza mostrata in fauorire la

mia humilissima intercessione per detto Padre, della quale mi le professo obligatissimo per riserua in ogni sua occorrenza, se si compiacerà farmi degno delli suoi comandamenti. E per fine /le bacio humilmente le mani. Roma 12. di Gennaro 1640. Dì V. S. Illma e Rma humilissimo e deuotissimo seruitore Francesco Ingoli.

Inscriptio: »A Monsig. Nuntio di Germania Ratisbona«.

In tergo: »Roma 12. Giugno 1641. Monsignore Ingoli. Risposta«.

Romae an. 1640. Novembris 24. Franciscus Ingoli memorialem libellum Rafaelis Levaković, in quo ab imperatore Ferdinando III. episcopatum Seniensem petit, ad Nuntium Viennensem mittit.

Arch. Vatic. Nunt. Vien.: »Lettere di ogni genere riscontrate 1640.« fasc. 7. fol. 486. Orig.

Illmo e Rmo mio signore Ossmo!

Il Padre Rafel Croato Benemerito dela Sac. Cong. de prop. fide m' ha dato l' aggiunto Memoriale aspirando al tenuissimo Vescouato di Segna, acciochè supplichi Vostra Signoria Illustrissima... però saremo a tempo di uolere fauorirlo presso sua Maestà. E perchè questo Padre s' esce dalla Religione, può far più seruizio a Santa Chiesa, ch' haurà commodità di stampar alcune sue opere et altri libri in lingua Illyrica per seruizio di popoli schiauoni, supplico Vostra Signoria Illma a restar seruita di raccomandarlo caldamente per detto Vescouato all' Imperatore. E persona dotta, che può far gran bene nel popolo, ch' haurà sotto il suo gouerno, e potrà, come ho detto, colle sue compositioni fruttificar assai nella uigna del Signore. Il detto Padre è conosciuto in corte Cesarea, perchè fu mandato per seruitio di Santi luoghi dalla Sacra Cong. a Sua Maestà e fece molto bene il seruitio. Fu anche spedito in Polonia per il medesimo effetto et si portò benissimo e finalmente fu mandato per negotio graue al Principe di Vallachia con Breue di Nostro Signore e fece anche colà il debito suo, sichè si porta a Sua Maestà soggetto non solo degno di quella tenuissima Chiesa, ma di maggiore. Finisco con baciar a Vostra Sig. Illma humilmente le mani. Roma li 24. nouembre 1640. Di V. S. Illma e Rma Humilissimo e deuotissimo seruitore Francesco Ingoli.

Inscriptio: »Illmo Arciuescouo d' Athene, Nunzio di Nostro Signore Ratisbona inclusa«.

P. S. »Credo sia bene non nominar la Sac. congregazione per le cose, che possano in materia de seminarj del Sig. card. d' Harrach«.

Viennae an. 1640. Libellus memorialis, in quo Rafael Levaković Ferdinandum III. imperatorem, rogat, ut se episcopum vacantis

episcopatus Seniensis nominet. Describuntur genealogia et merita Levaković.

Arch. Vatic. Nunt. Vien.: »Lettere di ogni genere riscontrate 1640.« fasc. 7. Exemplar.

Sacra Cesarea et Regia Maestà Signore, Signore Clementissime! Fra Raffaele Leuakouich Crouato Min. Osseruante dell' ordine di San Francesco, Teologo Lettore e Predicatore generale e Padre dell'ordine, quale molti anni ha seruito la Santa Chiesa in correggere e riformare li libri ecclesiastici, che seruono alli Preti et altri Religiosi della Chiesa Illirica e part'colarmente a quelli della Diocesi di Segna e di Modrusia in celebrar le Messe e ministar li Santissim' Sacramenti et hora sta a Roma per stampare il Breuiario Romano tradotto e corretto da lui nella lingua Slaua per beneficio delli sudetti. Li suoi parenti anco in particolare Luca Hrastouaczki suo Zio, Christofforo Kotromanno, suo fratel cugino e Matt'ia Leuacouich, suo fratel carnale hanno seruito con armi la Maestà Vostra e la Maestà della pia memoria del Padre di essa nelle passate guerre et in attuale seruitio ui hanno lasciato la uita. Vacando adonque la Chiesa di Segna, sotto di cui ministracione si troua quella di Modrusia unita, per obitum del q. fra Gian Battista Agatich, che è passato ad altra uita alli 30 di Ottobre del presente anno 1640., e sepolto a Tarsatto nella Chiesa del Monastero de frati Minori osseuanti, si supplica la Maestà Vostra conferir questo Vescouato di Segna con l' annessa Amministracione di Modrusia al sopradetto Padre Raffaele Leuacouich, vassallo et subdito nato della Maestà Vostra, siccome prima la felice memoria di Ferdinando II. gliel' haueua dato, quando s' era sparsa uoce, che fosse morto quel Vescouo. Che l' oratore restarà sempre pregando per la conseruacione e felice Imperio della Maestà Vostra et haurà maggior occasione imp'egar la sua persona in seruizio suo e delli suoi fedeli. Quam Deus quam diutissime saluam et incolumem pro bono orbis et Imperii conseruet.

In tergo: »Alla Sacra Cesarea e Regia Maestà di Ferdinando Terzo Sig. Sign. Clementissimo. Per il fra Raffaele Leuacouich, Croato, Min. osseuante«.

Romae an. 1640. 15. Decembris, Franciscum Ingoli Nuntium Apost. Viennensem Gasparus Matthei Ratisbonae commorantem episcopum Zagrabiensem Benedictum Vinković solutionem pro episcopatu Uscochorum urgere certiore facit.

Arch. Vatic. Nunt. Gemania: »Lettere di ogni genere riscontrate« fasc. 7. fol. 503. Orig.

Illmo e Rmo Signore osmo!

Non hauerei data molestia a Vostra Signoria Illma nel negozio di Vallachi del Monte Feletrio, se il Vescouo di Zagrabia non sollecitasse la speditione con multiplicar lettere, sapendo, quante occupationi habbino li Ministri Imperiali e li Nuntii nell' occorrenze delle Diete.

Roma li 15. Decembre 1640.

Humilissimo e deuotissimo seruitore Francesco Ingoli.

Inscriptio: »Monsignore Nunzio in Germania Ratisbonae«.

In tergo: »Roma 15. decembris 1640. Monsignore Ingoli«.

Romae an. 1641. 21. Aprilis. Ingoli ad Gasparum Matthei, Nuntium Viennensem, informationem episcopi Zagrabiensis Vinković de episcopo Vallachorum Maximo Predojević mittit.

Arch. Vatic. Nunziatura di Vienna. Lettere di ogni genere 1641. fasc. 8. f. 257. Architypum.

Illustrissimo e Reuerendissimo signore mio osseruatissimo, Si mandò a Vostra Sig. Illma l' informatione, che hebbe la Sacra Congregatione circa quel Monaco Massimo da Monsignore Vescouo di Zagabria, dal quale potrà essa in ogni occorrenza farsi dar quella piu esatta contezza, che le farà bisogno. Le do intanto auviso di hauer riceute le due delli 31. di Marzo insieme con la relatione dell' Alunnato di Gratz, che si referirà nella Sacra Congregatione generale. Et a Vostra Sig. Illma bacio humilmente le mani. Roma 21. di Aprile 1641. Di V. S. Illma e Reuma humilissimo e deuotissimo seruitore Francesco Ingoli. Inscriptio: »Monsignore Nuntio in Vienna«.

Romae an. 1641. Julii 2. »De prouisione episcopi Vallachici Montis Feletrii petita ab episcopo Zagrabiensis. — De fratre Raphaelo Croato (Levaković), ordinis minorum de observantia petito pro suffraganeo.«

Acta S. Congreg. de Propaganda fide v. 14. fol. 369. n. 19.
Congregatio 278 die 2. Julii 1641.

Referente Eminientissimo Dno Cardinali Caetano litteras episcopi Zagrabiensis eiusque instantiam, ut frater Raphael Croatus, ordinis minorum de obseruantia, promoueretur ad aliquam ecclesiam episcopalem in partibus infidelium eique daretur suffraganeus, ut possit habere curam Valachorum Montis Feletrii suae dioecesis ritus graeci nunc sub regimine Maximi episcopi schismatici ordinatique a schismaticis contra mandatum glorios. memoriae Ferdinandi 2., imperatoris, qui eidem Maximo iusserat ad accipiendum a Summo Pontifice consecrationem, Sacra Congregatio fecit tres

difficultates, quarum altera est, quod non constat Vallachos praefatos et Montem Feletrium esse de dioecesi Zagrabiensi, immo ex relationibus alias habitis multi ex praedictis Vallachis in aliis vicinis dioecesibus habitant. Altera uero est, quod frater Raphael, cum sit latini ritus, curae praefatorum Vallachorum ritus graeci praefici non debet iuxta dispositionem sacrorum canonum et praesertim capituli: Quoniam de officio ordinarii. 3a est, quod non habentur a nuntio caesareo necessariae informationes circa difficultates, quae possunt occurrere cum moderno imperatore circa remotionem Dni Maximi et circa sensum, quem imperator hac in re sit habiturus.

Romae 1641. 13. Julii. Praefectus Congregationis De Propaganda Fide Antonius Barberini Nuntium Apost. Viennensem Gasparum Matthei de litteris episcopi Zagrabiensis Benedicti Vinković desiderantis, ut Raphael Levaković suffraganeus pro Vallachis nominetur, certiores facit necessariasque informationes supra hoc negotium petit.

Arch. Vatic. Nunziat. di Vienna. Lettere di ogni genere 1641. fasc. 8. Prop. i. Lett. volgari vol. 20. fol. 173. Archetypum.

Molto Illustre e Reuerendissimo Signore come fratello. Desiderando il Vescono di Zagabria, che si desse al Padre Raffaele Croata, Min. Osservante un titolo in partibus infidelium per farlo suo suffragano, acciò habbia cura de Vallachi del Monte Feletrio di Rito Greco, ch' ora sono gouernati da quel Vescouo Massimo scismatico, questa Sacra Congregatione hauendo in questo negotio alcune difficultà ha ordinato, che Vostra Signoria s' informi bene, se detti Vallachi et il sudetto Monte Feletrio ueramente siano sotto la Dioecesi Zagrabiense, poichè qui da altre informationi si è ueduto, che molti di detti Vallachi habitano in altre conuicine Dioecesi, e perciò desidera ancora saper quanti Vallachj e quali siano le Dioecesi, oue al parte dimorino. In oltre non hauendosi qui le necessarie informationi, che gia furono commise a Vostra Signoria circa le difficultà, che possono occorrere col moderno Imperatore nella rimotione del sudetto Vescouo scismatico, e di che senso sia la Maestà Sua in questo negotio, ella uederà di far le diligenze, che in ciò se le ordinarono e darne poi il douuto auiso.

Che per fine me l' offro e raccomando. Roma 13. Luglio 1641. Di Vostra Signoria come fratello affettuosissimo Cardinale Antonio Barberini. Francesco Ingoli Segretario. Monsignore Nuntio in Germania.

In tergo: Al molto Illustre e Reuerendissimo come fratello Nuntio di Nostro Signore Viennae.

Romae an. 1641. 30. Nouembris. Francisci Ingoli, secretarii Congr. de Propaganda Fide litterae ad Nuntium Viennensem Gasparum Matthei de nominatione Raphaelis Levaković in suffraganeum Zagrabiensis diocesis pro Valachis datae.

Arch. Vat. Nunt. di Vienna. Lettere di ogni genere 1641. fasc. 8. Archetypum.

Illustrissimo e Reuerendissimo Signore mio colendissimo!

Godo del saluo arriuo del Vostra Signoria Illustrissima costà, come farò sempre d' ogni suo prospero auuenimento. E perchè ella m' accenna di uoler ripigliar i negoti, che per le oltre sue occupationi fu già necessario intermettere, m' occorre auuisarla, che hauendo Monsignore Vescouo di Zagabria posto da parte il pensiero della depositione di Massimo Pietrouich con restringersi solamente a far instantia, se le conceda per suffraganeo della sua Chiesa Zagabriense il Padre Rafael Crovato min. oss. con un titolo in partibus a fine di souenir ne bisogni loro spirituali molte milla di Vallachi della medesima Diocesi. Basterà che lei s' intenda costì, che concorra il placet di Sua Maestà Cesarea nella persona del medesimo Padre, il quale sarà prouisto di competente assegnamento per sostentarsi dal sudetto Monsignore di Zagabria. Roma 30. Nouembre 1641. Di Vostra Signoria Illustrissima e Reuerendissima humillissimo e deuotissimo seruitore Francesco Ingoli. Monsignore Nuntio Viennae.

In tergo: Roma 30. Nouembro 1641. Monsignore Ingoli.

Fr. Ingoli propria manu addidit: »Finite (?) le cose politiche, spero che Vostra Signoria Illustrissima attenderà alle ecclesiastiche. Et intorno al negozio di Massimo, Vescouo scismatico di Valachi, hauendo il Padre Rafelle, che è stato alcuni mesi in quelle parti guadagnato l' accordo di detto Massimo e sperando di redurlo all' unione con questa Santa Sede. Monsignore Vescouo di Zagabria giudica esser meglio lasciare il trattato della di lui depositione, sebeni ha fatto errore in non uenir a Roma a consecrarsi conforme li fu ordinato nella nomina, che fece Ferdinando II. di gloriosa memoria, e uedere di cathehirarlo. Però basterà di dar conto a Sua Maestà del senso di Monsignore di Zagabria, acciò, se la congregatione parlare ordinata da Sua Beatudine sopra l' istanza di detto Vescouo, che facilmente si terrà giovedì prossimo approuasse il parere del detto prelato, si possa eseguire con la saputa della Maestà Sua, dalla qual facilmente disegneranno lettere a suoi capitani di quei Vallachi, acciò assistino al detto fra Rafelle.

Romae an. 1641. Decembris 8. Sacrae Congregationis de Propaganda fide decretum de Maximo Predojević, episcopo Vallachorum, secundum relationes Raphaelis Levaković.

Arch. Vatic. Nunz. Vienna. Lettere di ogni genere fasc. 8. Orig. Acta S. Cong. Prop. f. vol. 14. fol. 492. n. 1.

Die 8. Decembris 1641. fuit Congregatio particularis circa Vallachos diecesis Zagrabiensis alias Montis Veletri in palatio Eminentissimi Domini Cardinalis Spada, cui interfuerunt cum Eminentia Sua Dominus Cardinalis Pamphilius, et RR. PP. DD. Maraldus et Paulutius.

In ea relatis statu praefatorum Vallachorum numero circiter 14 millia sub cura et regimine Maximi Petrouich, Episcopi schismatici, et simul eorundem Vallachorum erroribus, qui sunt iidem cum erroribus Graecorum damnatis in Sacro Concilio Florentino, et deinde instantia R. P. D. Benedicti, Episcopi Zagrabiensis, ut daretur ei pro Coadiutore uel Suffraganeo cum titulo in partibus infidelium R. P. Raphael de Croatia, ordinis min. de obseruantia, linguam Vallachorum praefatorum callens eorumque Rituum et errorum gnarus et sufficienti ad uictum reddito annuo ab eo prouisus, donec uixerit, quia mediante ipso adspirante Diuina gratia sperat non solum Vallachos praefatos et Maximum, eorum Episcopum ad Ecclesiam Catholicam perducere, sed poterit etiam spiritualibus plurimorum dioecesanorum suorum latini Ritus inter praefatos Vallachos degentium necessitatibus prouidere, quod per se ipsum ob dioecesis amplitudinem et per aetatem praestare nequit, eorumque peculiarem curam ut conuenit, habere: Congregatio audito praefato P. Raphaelae, qui opportune interrogatus respondit ad interrogationem ei factas circa dictos Vallachos, praefatum Maximum et Episcopum Zagrabiensem censuit: Primo negotium esse diligentius examinandum, iussitque eidem fratri Raphaeli, ut quae noce significauit, scribat et scriptum per manus mittatur.

2. dixit: negotium huiusmodi per uiam Coadiutoris esse dirigendum, cum illa sit magis iuri communi conformis.

3. Episcopum Zagrabiensem, si negotium iuxta eius instantiam cum beneplacito Sanctissimi deffiniatur, ante omnia assensum Imperatoris, uti Vngariae Regis, obtinere debere.

4. Et ultimo, cum praefatus Maximus Imperatoris Ferdinandi II. i mandatum, ut Romam ueniret pro consecratione sua, contempserit, et pro illa Patriarcham Scismaticum de Pech nuncupatum adierit, tutius esse pro salute praefatorum Vallachorum replicare Nuntio Caesareo pro remotione totali praefati Maximi.

Franciscus Ingolus. Secretarius.

Romae an. 1641. Decembris 12. Ingolus Nuntio Viennensi decretum Congregationis de Prop. de episcopo Vallachorum Maximo et Rafaelae Levaković mittit.

Arch. Vat. Nunz. Vienna. Lettere di ogni genere fasc. 8. f. 74. Orig.

Illustrissimo e Reuerendissimo mio signore osseruatissimo!

Acciò Vostra S. Illma possa accertar meglio il senso della Sacra Cong. in materia di Massimo, Vescuuo de Vallachi, e del Padre Rafaele Croato, inuio a Vostra S. Illma, di stessa la Congregatione ultima tenuta sopra questo negotio. E perch' in quella è quanto potrei io in questa lettera significarle, non dirò altro in questa materia.


Roma li 12. decembre 1641. Humilissimo e deuotissimo seruitore Francesco Ingoli.

Inscriptio: »Monsig. Nuntio Vienna. Inclusa«.

[The text in this section is extremely faint and illegible due to the quality of the scan. It appears to be a dense block of handwritten text, possibly in a historical or scientific context.]

[This section contains a few lines of text, which are also mostly illegible. Some characters are visible but do not form recognizable words.]

[A small block of text in the bottom left corner, likely a marginal note or a signature, which is mostly illegible.]



[A block of text in the bottom right corner, possibly a signature or a date, which is mostly illegible.]

11/1 7/1

Handwritten text at the top of the page, possibly a header or title, including the date "11/1 7/1".

Main body of handwritten text, appearing as a dense, illegible script due to the high contrast and grain of the scan.